

¹⁹
Q. D. B. V.
EXERCITATIONUM FEUDALIU
DUODECIMA ET ULTIMA.

20⁵

1651 11^a

De
ACTIONIBUS, ³⁸

JUDICIO ET PROCESSU
FEUDALI.

Quam

Consensu & Autoritate
Magnifici Nobilissimi Amplissimiq; Jctorum
in almâ Leucoreâ Ordinis
PRÆSIDE

Viro Nobili, Amplissimo, Excellentissimo, Juris-Consultissimoq;
DN. GOTTFRIDO SUEVO,
J. U. D. & P. P. celeberrimo, Curia Electoralis, Facul
ta *æ*, nec non Scabinatus Assessore,
gravissimo

Præceptore, Fautore & Patrono suo magno,
submisso animi cultu atatem devenerando

publica placidaq; disquisitioni exhibet

JOHANNES SALENTARIUS,
Teschiniensis Silesius.

Ad diem Decembr.

In Auditorio Jctorum.

WITTEBERGÆ, TYPIS JOHANNIS HAKEN,

M DC LI.

3

J. M. ...



V I R I S
Spectatissimis Prudentissimis Consultissimisque
TESCHINENSIS
BILICENSIS

Civitatis:

&
SKOTTSCHOVIENSIS

Primate, Consulibus, Senatoribus & Syndicis,
Dn. Patronis, Fautoribus & Promotoribus, ut & Affinibus suis,
multis nominibus colendis SALUTEM:

Blennum prater propter Viri Spectatissimi, est, ex quo, Ungaria Valedl-
cens, me Germania, alma Phæbi filiorum mater, dulcissime amplexa est, in
cujus sinu literis juxta ac moribus imbuerer; cum primis verò in prudentia
cursu erudirer: & denique ne quid, quod ad salutem & incrementum Rei-
publicæ pertinet, prætermittere viderer: ad cujus gubernacula tractanda, magnam
profectam Sapientiâ opus esse, vobis Viri Circumspecti, probè constat. Rectè En-
nius apud Ciceronem: Ne mihi vitio vertite, quod sim à Patria procul, nam
multi rem suam benè gessere, & publicam Patriam procul. Sed paucis ut rem
comprehendam, id à me expectare Fautores & Patroni, non dubitabitis, quod
Plato quodam in loco omnes Parentes monere videtur: Operam inquam dandam
hominibus esse, ut suum in locum liberos substituunt, qui juxta leges DEUM
colant, & vitam veluti lampadem posteris tradant. Scilicet cadente Stipi-
te, vices ejus subeant Surculi: Non enim nobis solum sumus, scribit O-
ratorum Princeps, sed ortum nostrum, partim Patria, partim Parentes, par-
tim Amici sibi vendicant. Accipite ergò vultu sereno, hocce quale quale studio-
rum meorum specimen: Nomini & Honori vestro cum omnigena Novi Anni felici-
tatis voto, strenge loco inscriptum, quo animi mei erga vos alacritatem non obscure
probatam velim. Vivite jam, Patriæ, vosque ceteri Civitatum Patres, quarum
altera, Genitori meo, quò eheu quam citò! privatus sum, primam lucis concessit
usuram; altera, & vicinitate & necessitudine quadam, reliquis duabus juncta, mu-
tuo quodam intuitu (in medio quippe sita) utramque aspicit: Vivite inquam Salutem
Reipubl. Gloriæ Supremi Numinis, Solatio Civium, subsidioque Clientum. Me verò
meosque, vestro ut foveatis patrocinio, maximopere rogo atque contendo. Dabam
Witeberga ex Museo meo, die 5. Januar. A. O. R. 1652.

VV.

Spect. & Prud.

officiosissimus.

Johannes Salentarius, LL. Stud.

COROLLARIA.

VOcula illa gladij, quo Reus Majestatis, *tit. 24. A. B.* puniri jubetur, I. non capitis amputationem tantum, sed omne genus ultimi supplicij denotat, sensu & loquendi modo haud insveto, qualem suppeditat *l. 3. ff. de jurisd. § 1. ff. ad L. jul. de adult.* scilicet gladium, in rerum Capitalium iudicijs, insigne fuisse, *vid. Scip. Gentil. lib. 3. de jurisd. cap. 3. Camerac. oper. subcis. cent. 1. cap. 76.* perinde ac capitis poena quodvis ianuit supplicij genus, *l. 6. § 4. l. 7. ff. de re milit. l. 8. §. 2. l. 38. §. 1. § 2. ff. de poen.* Quamvis hodie Rei Majestatis, supplicio modo severiori, *juxta Ordin. Criminal. Carolin. art. 124. vid. jus Saxon. lib. 2. Landrecht art. 13. Reinhard. part. 5. diff. 24. ibid.* Aber nach gewonheit und gelegenheit der Verbrechen/ werden Sie gevierthellet. modo mitiori plantantur, *l. 40. junct. l. eorum 24. ff. de poen. Anton. Capyc. 130. num. 20.*

Crimen læsæ Majestatis in Electores committi, satis claret *ex tit. 24. A. II. B. §.* So Jemand mit Fürsten Rittersn/ &c. Quantum ad reliquos Procere & Status: probamus, (1) *per l. 5. C. ad L. jul. Majest.* quæ fundamentum hujus criminis ponit in dignitate illustri Consiliariorū, qui pars corporis sunt Imperatoris, *Dn. Carpzov. in Syn feud. disput. 9. quest. 3. ad tit. 24. § 26. A. B.* (2) à Majestate ipsis Statibus Imperii communicata, uti perspicuum est, *ex Reccels. Imper. de anno 1500. § und Wir Churfürsten. Melch. Goldast in replicat pro Imper. contra Greiser. cap. 11. pag 105. Paurmeist. de jurisd. Imp. Rom. quest. 13. Wolffz. Frider. à Pappenheim in discurs. de jur publ. cap. 3. concl. 6. quod etiam ingenuè fatetur Bernhard Zieriz. in tract. de Princip. prerogat.* (3) quia in offensione Statuum Imperii, totius Reipubl. salus periclitatur, uti rectè pluribus differit. *Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. disp. 5. Th. 5. lit. I.*

In Imperatricem quoq; crimen læsæ Majest. committi, affirmamus cum **III.** *Riener. quest. jurid. illustr. 1. decad. ult. non obstante Limnæo, lib. 2. jur. publ. cap. 16. n. 25. § seqq.* Quia Imperatrix plurimis gaudet privilegijs Imperatoris & ratione solennium juris æquè legibus soluta videtur, *l. 34. C. de donat. l. ult. C. de bon. quæ liber. quin & promulgationem legum sibi vendicat, vid. Goldast. in prefat. part. 2. der Reichsstatuten.* Accedit: quia Augusta pars Corporis Imperatoris, cujus Majestas æquè læditur

læditur in ipsa : vel potius cum ipso una caro, *Matth. 19. v. 6. l. quisquis, s. C. ad L. jul. Majestat.*

IV. An Imperator major sit Imperio, vel Imperium majus Imperatore : multum disceptant Dd. Nos cum *Dn. D. Carpz. in d. Synops. Feud. disp. 9. quest. ult. ad tit. 24. & 26. A. B.* distinguimus inter Imperium propriè sic dictum : quatenus denotat Imperatorem cum universis Imperij Proceribus, seu totum Imperij corpus, quod constat capite Imperatore, ac membris suis, Statibus scil. Imperij, *A. B. tit. 2. §. Ich N. Erzbischoff / Recess. Imper. de anno 1530. §. dergleichen Wir :* quo sensu auctoritatem Imperij omninò majorem esse quàm solius Imperatoris, facile concedimus. Et inter Imperium abusive sensu acceptum, quatenus Proceres duntaxat ac Status aliquis intelligat : & eatenus contradicimus *Limnao lib. 1. jur. publ. cap. 12. num. 20. & seqq.* pariter & personato illi Hippolito à Lapide *in dissertat. de ratione Stat. Imp. Rom. Germ. part. 1. cap. 3. Sect. 2. & 3.* Quis enim caput præstantius haud dixerit membris ? *D. Carpz. d. disp. feud. ad d. tit. A. B.*

V. Negotia Imperii, Germanicâ potissimum & Latinâ linguâ sunt agenda & tractanda. *Capitulat. Cesar. darzu in Schrifften und Handlungen des Reichs / keine andere Zunge / &c. vide Dn. Arum. hic conclus. 46.* Non contradicente *A. B. tit. 30.* Hodie autem Germanicum ferè solum idioma in usu, cum & aliæ vernaculam suam aliis prælatam velint gentes. *Job. Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 10. Job. Limn. lib. 9. jur. publ. cap. 1. n. 199.* Plures rationes vide apud *Sleidan. lib. 1. hist.* Nihil hic addimus de præstantia & excellentia Linguæ Germanicæ, de qua scribit *Limn. lib. 1. jur. publ. cap. 6. n. 50. & multis seqq.*



GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE
EXERCITATIONUM FEUDALIIUM
DUODECIMA ET ULTIMA.

In' Audie.
JCor. ad
d. De-
cembr.

De
ACTIONIBUS, JUDICIO
ET PROCESSU FEUDALI.

PRÆSIDE

GOTTFRIDO SUEVO. D. & P. P.

Respondente

JOHANNE SALENTARIO, Teschin. Siles.

ASSERTIO I.

Sicut civile, & quodcunq; aliud, ita & feudale jus nostrum generalibus illis tribus objectis occupatur: Personis, Rebus & Actionibus. *S. ult. Inst. de J. N. G. & Civ.* Posteaquam igitur hactenus, præmissis de origine & autoritate juris feudalis, de definitione & divisionibus feudorum, necessariò præmittendis actum est, tum de personis, quæ feudum dare, quæ accipere; tum de rebus, quæ in feudum dare possunt: iisq; tum constituendis per conventionem & successionem, tum acquirendis per investituram & præscriptionem, tum conservandis ad effectum juris vel Vasallo vel Seniori, vel Agnatis in feudo competentis, deniq; & de amittendis: agmen totius tractationis feudalis jam claudet extremum hoc de actionibus & processu caput.

DE
Actionibus
Domino
competen-
tibus.

Actiones autem quæ feudi nomine dantur, separatim illustrabimus, tum à parte Domini, tum à Vasalli, & quidem in utriusq; personâ, quatenus feudum vel constituendum est, vel jam constitutû, diversa enim personarum & negotiorum figura & qualitas, diversas producit actiones. Feudo nondum constitutò: Dominus actionem personalem habet: adversus eum, qui rem suam liberam &

A

allo-

allodiam, ab ipso in feudum recognoscere promiserat: vel ad-
versus eum, cui vel institutionis vel legati titulo, res aliqua relicta
erat, quam ab alio feudi nomine teneat, ad id, ut exequatur con-
venta, eamq; rem ab illo, tanquam Domino in feudum recipiat,
Schrad. de feud. p. 5. c. 5. n. 11. Gothofr. Ant. disp. feud. 13. §. 1. Feudo consti-
tuto, sed nondum acquisito. (Confer quæ supra diximus Exerc. 6.
Assert. 1.) Itidem personales actiones habet Dominus; adversus
Vasallum, ut vel investituram accipiat, vel fidelitatis Juramentum
præstet, imo & interdum ad privationem feudi nondum traditi a-
get, *vid. Rosenthal. c. 12. conclus. 11. n. 35. & seqq.* ubi & formulam libelli
hoc in casu concipiendi refert. Feudo vero & constituto & ac-
quisito: Dominus Feudi & personales actiones, & in rem & præju-
dicialem, & interdicta habet. In personam aget, vel ex stipulatu, si
stipulatio intervenerit, vel condictione ex L. ad petenda servitia, vel
condictione causâ datâ causa non secutâ, si servitia, vel alia, quæ
præstare debebat, ex generali jure feudorum, vel pacto & consuetu-
dine curiæ, non præstiterit Vasallus, *c. un. 1. F. 21. pr.* vel ex delicto
aut feloniam ejusdem, actionem caducariam sive revocatoriam feu-
di. In rem aget Dominus, directâ rei vindicatione adversus quem-
cunq; possessorem, *c. un. 2. F. 8. §. 1.* etiam Vasallum in casu feloniam
commisissæ, ob quam feudo privandus erat ipso jure: siquidem hoc
casu Dominium à Vasallo quam primum discessisse & ad Dominum
rediisse intelligitur, *vid. Vult. lib. 2. de feud. c. 1. n. 19. Gothofr. Anton. d. f.*
13. §. 5. lit. f. Præjudicialem vero actionem & quidem utilem, (cùm
directæ statum libertatis, libertinitatis aut ingenuitatis & partum
agnoscendum respiciant. §. 13. *Inst. de action.*) Dominus habet si Va-
sallus talem se esse negaverit. Deniq; & interdicta Domino com-
petunt; quanquam enim solus Vasallus verè & naturaliter posside-
at, quam ob causam interdicta Domino non competere conten-
dunt multi; attamen cùm & Dominus ipse principaliter in civili
suâ ut & quasi possessione percipiendi servitia, aliamq; præstationem
annuam, imo & per latus Vasalli, qui turbatur vel dejicitur ab a-
lio, ipse quasi turbari videatur, non est, ut Domino negemus in-
terdicta: licet posteriore casu, Vasallo nimirum turbato aut deje-
cto, hic potior sit, & Dominus ad experiendum interdicto, tunc
demum

demum admittatur, si Vasallus vel ipse nolit agere vel non possit.
vid. Rosenth. c. 12. concl. 12. n. 46. & seqq. Vult. 2. de feud. c. 1. n. 22. Conf. Zabel. Exerc. feud. 9. §. 4.

II. Ex persona Vasalli quoq; alia sunt actiones, quae feudo nondum constituto, alia quae constituto eo dantur. Feudo nondum constituto, vel (si accuratius loqui velimus secundum ea quae dicta sunt, *supra Exerc. 6. Assert. 1.*) nondum acquisito, causa quae promissioni in constituendo accessit, attendenda est, ita ut si stipulatio accesserit: ex stipulatu, si emptum fuerit feudum: ex empto agat, si ex permutatione obtigerit: praescriptis verbis, si ex donatione: Conditione ex L. si investiturâ abusivâ & ceremoniali: itidem conditione ex L. vel moribus, quam beneficiariam alij vocant: si testamento, dum scilicet vel merè hereditarium fuit, vel consensu Domini & eorum quorum interest, relictum: actione ex testamento directè vel utili, quatenus aut testamento aut codicillis relictum est: vel actione hypothecariâ experietur. (Cur autem rei vindicatio, quae praeter geminam istam actionem pro Legato competit, §. 2. *Instit. de Legat.* non detur: ratio illa est, quia per Investituram demum feudum esse incipit.) *vid. Gothofr. Anton. disp. feud. 13. §. 1. lit. g. & b. Zabel. Ex feud. 9. §. 1.* Datur & petitio hereditaris, si feudum sit hereditarium, vel tota successio feudalis petatur. *Wesembec. w. de heredib. pet. n. 11.* Imò nec utilis rei vindicatio neganda erit Vasallo, qui ad se tanquam Successorem, feudum ipso jure devolutum esse contendit, nec interdictum adipiscendae, nec remedium Legis *Ult. C. de Edicto Divi Hadr. toll.* & interdictum quorum bonorum *vid. Rosenth. c. 12. conclus. 12. n. 31. & 35. Gothofr. Anton. d. disp. 13. §. 4. lit. b.* Quod si feudum jam acquisitum & traditum fuerit: alias actiones habet Vasallus, personales, reales, mixtas & interdicta, quibus vel adversus Dominum experietur, vel adversus alium. Personales actiones adversus Dominum potissimum instruet, nimirum si literis Investituræ pactum quid specialiter fuerit, ad quod Dominus obstrinxerit se, dari id aut fieri oportere, conditione ex L. vel moribus ager, vel ex causa illius negotii quae conventioni accessit. Si evinci contigerit feudum vel totum vel pro parte: actionem de Evictione intentabit adversus Dominum, ut

A 2

aliud

De
Actionibus
Vasallo cō-
petentibus.

aliud ejusdem bonitatis seu quantitatis ei præstetur, *c. un. 2. F. 8. pr.*
dum modò rem illam ignorans alienam in feudum acceperit: (quò
enim alienæ rei sciens investituram accepit, nisi pacto speciali sibi
prospexerit, de Evictione agere non poterit, ait Feudista, *d. c. 8. pr.*)
& Vasallus Domino litem ab alio sibi motam tempestivè denuncia-
verit, ut defensiones suas adversus evincensem instruat, *c. un. 2. F. 2.*
quâ litis denunciatione, ad effectum regressus habendi in vendito-
rem opus esse ex jure Civili quoq; constat, *l. 53. in fin ff. de Evict. l. 8. l.*
20. C. eod. Si deniq; feloniam commiserit Dominus; ex quâ, pro-
prietate feudi privandus veniat, *vid. c. un. 2 F. 47. & ea que supra dixi-*
mus Exerc. 11. Assert. 3. in fin. caducariam vel ex L. aut moribus con-
ditionem vel ex L. aut moribus conditionem intentabit. Re-
ales insuper actiones Vasallus, sciicet, utilem rei vindicationem,
adversus tertium possessorem, *c. un. 2. F. 8. vers. rei autem*, in quo cū
generaliter dicatur: Vasallum rei per beneficium investitæ hanc
habere potestatem, ut tanquam Dominus possit à quolibet possidē-
te, sibi quasi vindicare, planum inde est; nec Dominum excipi, sed
adversus ipsum quoq; possidentem, Vasallo hanc rei vindicationē
dari, in tantum, ut nec exceptione Domini rueri se possit. *Zabel.*
Exerc feud 9 §. 2. lit. b. Simili modo pro vindicatione rerum incor-
poralium, Vasallus habet actionem confessoriam & negatoriam,
quatenus vel servitutem vel libertatem feudo competentem asserere
intendit, *d. c. un. 2. F. 8. §. rei autem.* Nec Prætoriâ reali actione
destituitur, Publicianâ nimirum, cujus indolem vide in §. 4. *Instit.*
de Act. si bonâ fide ex justa causa rem feudalem à non-Domino ac-
ceperit, quem Dominum esse crediderat, ejusque posses-
sionem casu amiserit: aget hoc casu adversus possiden-
tem extraneum, non tamen adversus verum rei Dominum. Ex-
ceptio enim justî Domini repellit Publicianam *l. pen. ff. de Public. in*
rem act. quæ non ideo comparata est, ut res Domino auferatur, *l.*
ult. ff. d. t. cū verus Dominus omninò præferendus sit ei, qui ficti-
one juris habetur pro Domino: nec ulla repetitio detur ab eo qui
suum recepit. *l. 44. ff. de condi. in deb. Forster. de actionib. disp. 3. §. 4.*
lit. D.

Fit interdum ut lis sit Vasallo cum Dominis vicinorum prædio-

rum

rum rusticorum: quo casu finium regundorum Judicium habet Vasallo. Rosentb. d. c. 12. conclus. 12. n. 22. Fit quoq; ut inter plures Vasallos ejusdem feudi divisio sit facienda, quam in rem mixtæ cœteræ actiones comparatæ sunt, nimirum, familia heriscunda qua ratione Successores feudi dicuntur coheredes, in c. un. 2. F. 78. & communi dividundo Rosentbal. d. c. 12. conclus. 12. n. 108. Deniq; & interdicta Vasallo dantur, feudo jam acquisito, nimirum tum retinendæ, si turbatus in possessione, tum recuperandæ si dejectus fuerit: quorum illud adversus extraneum & Dominum, hoc adversus extraneum tantum, non adversus Dominum datur; nisi fortè vi armatâ Vasallum dejecerit, arg. l. 1. §. 43. in fin. ff. de vi & vi arm. vid. supra Exercit. 10. Assert. 1. adde Gothofr. Ant. d. disp. 13. §. 4. lit. c. Sunt & aliæ actiones quibus Vasallus uti pro re natâ poterit, quales: Actio ex L. diffamari, si Dominus fortè dicat feudum amissum, vel revocandū esse, aut adversus aliū qui possessionē feudi ad se pertinere jactet; Actio L. Aquiliæ, arborū furtim cœsarū; Actio ex nunciatione novi operis: imploratio officij Judicis, si ordinaria actio deficiat. Et generaliter: quicquid actionis vel remedij ijs datur, qui Jure Civili Dominium utile habent: id omne Vasallis quoq; denegandum nō est. Gothofr. Anton. d. f. 13. §. 3. lit. g. Zabel. Exerc. 11. §. 2. lit. d. Agnati ante feudum acquisitum, iuprimis revocatoriam habent, feudo absq; ipsorum consensu alienato, de quo supra Exerc. 10. Assert. 10. nec non alias actiones, jure succedendi ad ipsos devoluto, ad consequendum feudum competentes. Acquisito autem feudo easdem iis actiones, quibus Vasalli possessores utuntur, accommodandas esse dubio caret. Confer. Rosentbal. d. c. 12. concl. 11. n. 38. & seqq.

III. Omne judicium consistit in tribus personis; Actore, Reo, & Judice, sive in personis litigantibus & judicantibus: pariter & feudale, in quō sicut litigantes diversi, ita nec judicantes iidem seper sunt. Litigant vel Vasalli inter se, vel cum Domino. Si inter se litigent Vasalli, Dominus feudi legitimus judex est, ita tamē ut alia sit feudi Regalis: alia non-Regalis consideratio. Si de feudo Regali sit contentio inter convasallos, sive Laici sint, sive Clerici, c. 6. X. de for. comp. Imperator cognoscit, c. un. 1. F. 18. pr. c. un. 2. F. 34. pr. An autem absq; interventu Parium Curia? maximi momenti

Quis Judex sit, si Vasalli inter se litigent?

A 3.

menti

menti sæpiusq; agitata quæstio est: urgentibus plerisq; tum anti-
quum illud jus Principum daß alte Fürstenrecht: sive iudicium Pa-
rium, in Sachen die eines Fürsten Leib/ Ehre und Lehnenschaft be-
treffen; tum exempla Sigismundi & Friderici Imperatorum, qui
controversias hæc de feudis Regalibus, adhibitis in iudicium Pa-
ribus Curia terminari voluerunt: Verum, quia præter jus commu-
ne feudale modò allegatum, speciale Imperii jus, cognitionem Soli
Imperatori tribuit, *R. A. 1521. tit. Röm. Königl. May. Regiment/
S. ob auch sachen fürstelen/ Ordin. Cam. p. 2. tit. 7. ibi. derselben Er-
kändnuß wollen Wir der Kaysrl. Manest. &c. vorbehalten haben.*
Ad hæc de illo Principum Jure, publicâ Imperij lege nihil expressû
est, & Imperatorum quidam, Principes alios, qui sæpius observan-
tia ergo Imperatoriam Aulam comitabantur, saltem in compen-
sationem hujus honoris, ex solo liberrimæ voluntatis arbitriò, tan-
quam Consiliarios adhibuerunt; quod ad juris necessitatem trahê-
dum haud fuit. Ideo ab affirmativa non dimovebimur: Soli
Imperatori cognitione & decisione tribuentes, quod & superioribus
annis ita observatum novim9 in causâ Hassiaca, Successionis Marpur-
gensis: Ferdinando II. Imperatore absq; Paribus cognoscete & de-
finitivè pronunciantes, *vid. Dn. Reink lib. de R. S. & E. lib. 1. cl. 4. c. 14.
Dan. Ott. de J. P. c. II. pag. 111. 365. Dn. Wurms. Exerc. J. P. 7. § 19.* Cogno-
scit autem Solus Imperator sive in possessorio sive in petitorio, sive
de toto feudo Regali, sive de parte ejus sententia ferenda sit. Et
frustra quidam verba dicti Recessus de anno 1521. *Ord. Cam. d. p. 2.
tit. 7.* captant, ibi. So einem theil gänzlich und endlich abgespro-
chen werden sollen: existimantes parte saltem feudi Regalis, aut
possessione ejus controversâ iudicium Imperatoris non esse: quasi
nec de parte feudi, illa vocula gänzlich/ nec de possessione, vocula
endlich ritè prædicari possit. Nam animadvertere omninò debu-
issent: voculam gänzlich/ qualitatem sententiæ denotare, non quã-
titatem rei controversæ; & in possessorio quoq; definitivè pronun-
ciari, adeoq; voculam endlich eidem rectè applicari, ut taceamus:
& partis & possessorii, eandem cum toto feudo & petitorio ratio-
nem esse, *l. que de tota 76. ff. de R. V. l. null. 10. C. de jud.* Sane si ipse
Imperator in feudo Regali jus quoddam prætendat, vel aliqua ra-
tione

tione ipsius interfit, ad Pares Curiae cognitio pertinet, quam & sponte ijs permittunt Imperatores: Nach dem Wir auch vermeinen, Recht zu denselben Niederlanden zu haben/und in unser eigenen sache nicht wohl Richter gesein mögen/ &c. vid. *Dn. Ott. d. c.11. pag. m. 371.* Illud addimus; integrum haud esse Imperatori, cognitionem causarum feudalium, extra Imperium Germanicae Nationis trahere, *Ord. Cam. d. tit. 7.* Quod privilegium strenue semper asseruerunt sibi Status, vid. *Thom. Mich. de Jdct. l. 28.*

IV. Dum itaq; soli Imperatori, cognitionem de feudis Regalibus adstruimus: de Pontifice Romano, de Camera, de Austregis, deniq; de Vicarijs Imperii quarere subit: annon & iis, imprimis vacante Imperio, cognitio quadam comperat; Pontifex quidem, uti vacante Imperio, Vicariatum vel administrationem ad se pertinere: Imperatorem coram ipso conveniendum esse: & plura alia: vanissima arrogantia impudenter arrogare sibi consuevit; ita & ad sedem suam hanc de feudis Regalibus cognitionem trahere conatur; sed nullo profus fundamento aut privilegio, contra mandatum & exemplum Christi & Petri, cujus se & Successorem & Vicarium jactitat. Camera Imperialis, quamvis alias cum Imperatore habeat concurrentem Jdictionem, cujus vigore etiam in causis feudorum Imperij minorum cognitio ad Cameram pertinet, ad praeventionis effectum producendum, vid. *Gail. 1. obs. 29.* Excepta tamen specialiter est de feudis Regalibus cognitio, & Soli Imperatori, vel illo absente Regi Romanorum reservata *d. Ord. Cam. p. 2. tit. 7. Gail. d. loc. n. 8 Vult 2. de feud. c. 2. n. 9.* Quo casu, paucisq; aliis exceptis, Camerae jurisdictio cum Imperatore concurrens & fundata perstat. Austregarum quoq; Jdictionem hac de feudis cognitio excedit, non tantum de majoribus, de quo minus dubitari poterat, verum etiam de minoribus, vid. *Rosenthal. c. 12. Concluf. 1. n. 27.* Et frustra tentaverit aliquis, ex generalitate verborum, *Ordin. Cam. p. 2. tit. 4. ibi,* warumb oder auß was ursachen das were/ causas feudales etiam, huic judicio submittere: cum sub generali locutione neutiquam venire possint, quae speciali ratione nituntur: (quales sunt causae feudales, quae peculiarem & privilegiatum judicem habent, vel Dominum vel Pares Curiae,) adeoq; speciali expressione
opus

An
de feudis
Regalibus
Pontificia
Camera,
Austrega-
rum, & Vi-
cariorum
sit cog-
nitio?

opus habebant; Nisi ex simili fundamento generalitatis illius, criminaliales quoque causas ad Austregas pertinere contendas, quod falsum est. *vid. Schubart. in tract. de Austregis, c. 5. Gail. 1. obs. 1. n. 54. De Vicariis Imperij Electore Palatino & Saxone, A. B. t. V. maxima discrepatio est, an vacante Imperio, de feudis majoribus cognoscendi potestatem habeant? Congrediuntur hic è recentioribus Arumaus disc. 3. ad A. B. conclus. 40. & Dr. Linnaeus, lib. 3. J. P. c. 12. n. 7. & seqq.* Negat ille Vicariis cognoscendi potestatem de feudis Regalibus: (nam de ceteris dubium non est, quin cognoscant, per text. A. B. d. t. 5.) Hic asserit, cui lubentes accedimus: Certum est, Serenissimis illis Imperii Vicariis, tanquam Provisoribus, generaliter datam esse potestatem judicia exercendi: Die gewalt Gerichte außzurichten und zu üben. A. B. tit. 5. Sub qua generalitate, potestatem cognoscendi de feudis Regalibus, tamdiu contineri dicimus, quamdiu Exceptionem, quoad hanc causam probent dissentientes. Probare id nititur Arumaus, tum ex ipso textu Aureæ Bullæ, d. tit. 5. tum ex Recessu Imperii 1521. tit. Röm. Königl. Manest Reglement / S. ob auch sachen fürsielen. Neutrum succedet. Nam, quod ad textum A. B. attinet, ne verbum quidem de cognitione, sed de investitura habetur. *ibid. außgenommen der Fürsten Sassenlehn / dann derselben Lehn verleichnüss behalten Wir einem Rånser und Römischen König / Instat: implicite ijs verbis, & sub prohibita investitura, etiam contineri prohibitionem cognitionis de feudis Regalibus, quia majus sit cognoscere de feudis hisce, quàm investire.* Sed respondemus, nec à concessione unius, ad concessionem alterius, nec à negatione unius, ad negationem alterius, firmum semper argumentum duci posse. Concessum est Paribus Curia, de feudo cognoscere, de eodem tamen non investiunt. Negatum est Vicariis Imperii, in A. B. d. tit. 5. investituram facere de Regali feudo: non continuo etiam negata est potestas de ijs cognoscendi, quam si negare voluisset Imperator Carolus IV. utique expressisset. Recessum illum Imperii de anno 1521. in quo cognitio de feudis Regalibus, Imperatori reservata esse videtur, ibi, derselben Erkändnüss wollen Wir uns hterinn auch vorbehalten haben: non de Vicariis Imperii exaudimus, quibus Carolus V. Imperator, nihil

nihil ejus adimere potuit, quod Carolus IV. concesserat. Sed de peculiari Vicario, quem Carolus V. tunc constituerat, ut patet ex eodem Recessu § und anfanglich. Quod si dispositionem Ordinationis Cam. p. 2. t. 7. insuper urgeas, in qua cognitio de feudis Regalibus, Imperatori vel Regi Romano præcipua asseritur: ad exclusionem Camerae Imperialis, id dictum accipiemus, non ad exclusionem Vicariorum Imperii, quibus jus hoc cognoscendi, in A. B. generaliter datum, nec ullâ exceptione, quæ de Regula esse debebat, ademptum reperitur. *vid. Dn. Limn. d. loc. quem sequitur Dn. Carpz. ad L. R. c. 11. Sect. 15. n. 6. & seqq.*

V. Atq; hæc feudi Regalis inter Vasallos controversi conditio: alia verò feudi nõ Regalis ratio est: de quo si litigent inter se Vasalli, Dominus feudi inferior Judex competens est, tũ in petitorio, tũ in possessorio, quanquam enim si de possessione feudi sit controversia, Ordinarium judicem Rei conventi adeundum esse, quidã existiment, propterea, quod causa hæc non innitatur dispositioni speciali Juris feudalis, *vid. Mynsing. cent. 1. obs. 99.* attamen cũ in *c. un. 2. f. 55. §. 2. versu præterea*, generaliter dicatur quod, si inter duos Vasallos de feudo sit controversia, Domini sit cognitio, & per eam controversia terminari debeat: certè cognitionem, hanc, & controversiæ terminationem, nõ ad petitorium saltè restringemus, sed & ad possessorium, in quo, controversia super possessione mota æquè terminatur, extendimus. *vid. Vult. lib. 2. de feud. c. 2. n. 40.* qui de veritate hujus sententiæ disputari posse, sed eam ita receptam ait, ut nec judicando, nec consulendo ab illa recedendum sit. Dominus autem, si idoneus sit, aliãve ratione non prohibeatur, cognoscet vel ipse, vel si impubes sit, furiosus, mente captus, ejus nomine Tutor aut Curator. Minor verò ætas, post decimum octavum annum à judicandi munere non accebit. *l. 57. ff. de Re jud. vid. Finkelth. d. f. 11. §. 4.* Si plures sint Domini feudi, ut omnes cognoscant: jus ex portione Dominicã unicuiq; cõpetens, efficit; nisi cognitionem vel uni vel pluribus demandaverint. *arg. c. cum ab uno 4. de Sentent. & re judic. in 6.* Quã in parte differentiam constituunt alii inter jus Canonicum & civile, quo posteriore cautum est, jure non tenere sententiam, si è datis à Magistratu judicibus, unus ex iis

Quis ju-
dex sit, s̄
de feudo
non Rega-
li sit in-
ter Vasal-
los?

B

pro-

pronunciaverit, l. 7. C. quando provocare non est, nec Porro nec in-
litigantium persona distinguitur: Dominus enim, (quo ipso Do-
minam feudi foeminam, à munere judicandi in feudis prohibem9,
arg. l. 2. ff. de Reg. Jur. nisi aliud introductum, moribusq; ; aut privi-
legio, aut foemina Magistratum simul obtineat. vid. Finckelth. disp.
feud. II. §. 1.) cognoscit, sive Laicus sit, sive Clericus, Vult. 2. de
feud. c. 2. n. 33. Et litigantes Vasalli, nec privilegio fori, puta si sint
Clerici, milites, Scholares, quos alias privilegiatum judicem ha-
bere constat, nec non viduæ, pupilli, aliaq; miserabiles personæ,
quibus ex l. un. C. quand. Imper. inter pupill. vid. id privilegij indultu
est, ut coram suo tantum foro conveniri possint: in feudalibus ta-
men cognitioni Domini subducere se, aut prorogatione Jdictionis,
sine consensu ejus facta, illam declinare queunt; cum judicibus a-
liis, ipso jure adempta sit jurisdictio in causis feudalibus, vid. Vult. d.
c. 2. n. 22. Rosentb. c. 12. concl. 1. n. 43. & seqq. & de privilegiis fori, ibid. n.
25. & seqq. ubi tamen, n. 19. quoad miserabiles personas dissentire
videtur, statuens, posse eas vel Ordinarium loci vel Principem a-
dire, judice feudali prætermisso, contraria diluit Finckelth. d. f. II. §. 6.
Cæterum quæ de fundata Jurisdictione Domini feudi dicta sunt,
tunc demum obtinent, si constet indubiè, vel ex confessione Vasal-
lorum litigantium, vel aliunde, eum esse Dominum; causamq; li-
tigiousam ad ipsum non spectare. Quod si dubium ei reddant
directi Domini jus, vel uterq; vel alteruter litigantium se Domini
illius Vasallum neget: ad Ordinarium Judicem Rei conventi, de-
volvenda cognitio est, quod & tunc fieri debet, si litigantes non u-
nam eundemq; investientem vel Dominum nomenent, aut Domi-
nus feudi justitiam administrare nolit, aut in alium judicem con-
sentiatur, vel expressè vel tacitè: si sciens non contradicat. Plures
casus, in quibus, lite inter Vasallos ortâ, vel Ordinarius loci co-
gnoscit, vel Pares Curia, puta si causa simul Dominu cõcernat, eo ad
Evictionem fortè obligato. c. un. 2. F. 46. vel Dominus cum Pari-
bus, puta si dubium sit, ad hos, an illum cognitio pertineat, vid.
ap. Rosentb. c. 12. concl. 2. Vult. d. c. 2. n. 14. & seqq.

Quis Ju-
dex con-

VI. Inter Dominum & Vasallum si lis oriatur, per Pares
Curia à Domino sub fidelitatis debito conjuratos terminetur. 172
c. 117. 2.

c. un. 2. F. 55. in fin. vel per Pares illius domus dirimatur. c. un. 2. F. 16. traversie
pr. Pares Curiae, non eos intelligimus, qui ab uno Domino in di- *inter Do-*
versis territoriis, sed qui ab uno Domino, in eodem territorio feu- *minam &*
dum habent, adeo ut plures quidem esse possint, unius Principis *Vasallum.*
Vasalli, qui scilicet in diversis ditionibus ab uno Principe feuda-
tenent, non tamen iidem æquè sint Pares Curiae, nisi & eadem per-
sona Investientis Domini, & idem territorium concurrat, *vid. Myn-*
sing. 4. observ. 89. Neq; paritatem aut æqualitatem dignitatis aut
conditionis requirimus; cum alijs, qui, si Vasallus litigans Comes
sit, non alios Pares, quam & ipsos Comites admittunt: Generaliter
enim Pares Curiae ad iudicium feudale deputantur: quæ Paritas
cum saltem ad idem territorium & Dominum eundem expendat-
tur; non est, ut præter legem, Paris quoq; dignitatis rationem ne-
cessariam ducamus, Unde & inter Imperatorem & Vasallum orta
contentione: Parium, licet privatorum, aliaq; Jurisdictione de-
stitutorum cognitio erit. *Vult. d. c. 2. n. 24.* Nec Electori Palatino
partes iudicis, vertente cum Imperatore controversiâ dabimus: cū
generalis illa A. B. constitutio, tit. 5. *Das ein Kaysers/von sachen*
wegen/darumb Er angemuth wird/von alter gewonheit/vor ei-
nem Pfalzgraffen bey Rhein / des H. Reichs Erztruchses und
Ehurfürst antworten soll/ ad specialem hanc & antiquiorem feu-
dalem dispositionem, cuius vigore Paribus Curiae cognitio defer-
tur, extendenda non fit. Ita contra Sixtinum, *1. De Regal. c. 8:*
n. 53. rectè disputant Dn. Limn. de J. P. lib. 3. c. 9. n. 51. & seqq. Dn. Reinking.
de R. S. & E. lib. 1. el. 4. cap. 5. Dn. Wurms. Exerc. J. P. 4. in Coroll. Eve-
nit porro sæpius, ut plures existant Vasalli, & quidem nimis mul-
ti, qui omnes immittere se in cognitionem & decisionem commo-
dè non possunt; Ideo hoc casu è re magis erit, quosdam ex iis, eos-
que idoneos eligere, qui cognoscendi negotium subeant: Eliget
autem & Dominus feudi & Vasallus litigans simul, non Dominus
solus, ne, dum is tales eligere velle præsumitur, qui suam cum pri-
mis causam foveant, ipse quasi in propria causa iudex esse videa-
tur: in tantum, ut nec consuetudo, quæ soli Domino electionem
tribuit, (qualem in Curia Bambergensi receptam dicit *Rosentb. c. 12.*
concl. 16. n. 14. & in not. lit. b.) valeat, *vid. Gail. 2. obs. 34.* Si itaq; con-

sentiant in iudices Dominus & Vasallus, expedita res est. Si dif-
sentiant, modum hunc præscribit Feudista, in c. un. 2. F. 16. ut Do-
minus eligat prius, quem aut quos voluerit; Et Vasallus similiter
hoc faciat, secundum numerum à Domino comprobatum. Quod
si Pares eligere nolit Vasallus, ij quos Dominus elegit, soli cogno-
scent, quod & in persona Domini, qui eligere renuit, observandū
est: ut à Vasallo electi cognoscant, ne tergiversatione Vasalli vel
Domini, iudicium protrahatur aut eludatur. *Mynsing. cent. 4. obs.*
89. Rosenthal. d. c. 12. concl. 6. § 9. Ita electi Pares iudicabunt, memo-
res juramenti fidelitatis, quod antea præstiterunt: neq; ut novum
de rectè iudicando juramentum præstent, necessarium est, quod
probatum tum *arg. c. un. 2. F. 16. in fin.* tum ratione, siquidem in ipso
juramento, fidelitatis, illud de administratione justitiæ caput con-
tinetur, *c. un. 2. F. 7. Myns. cent. 4. obs. 89.* Idemq; ad Dominum feudi
iudicem extendimus, ne cogatur de justitia administranda jurare,
Gotb. Anton. d. f. 14. §. 4. in fin. §. d. 15. §. 8. lit. a. Nec subducent se huic
muneri Pares, sed si spontè subire noluerint, compellendi sunt,
vel à Domino, vel ab Ordinario Loci. *F. F. communi in d. c. 16.* Ad
hunc etiam interdum cognitio devolvitur, puta, si suspecti sint
Pares, aut iudicare nolint, aut non possint, aut nulli extant, aut
qui extant, in testimonium postulentur, aut si de re feudali inter
Dominum & extraneum non-Vasallum sit controversia; Unde ex
promisso feudo actio non coram Paribus, sed coram Ordinario ju-
dice intentanda est, *vid. Vult. d. c. 2. n. 31. §. seqq. Rosenthal. d. c. 12. Concl.*
4. n. 1. §. seqq. Gotb. Anton. d. feud. 14. §. 5. Idem est si consuetudine Re-
gionis aliter sit inductum, causas feudales coram certo iudicio agi-
tari; *vid. Ordin. Judicii Curialis Lips. & Witteberg. rubr. Wer vor*
das Hoffgericht mag geladen werden. Deniq; de Domini & Pari-
um Iudictione illud addimus, eam Ordinariam esse, non delegatā,
data siquidem ab ipsa Lege est, *c. un. §. 2. vers. præterea 2. F. 55.* qualem
Ordinariam dici, constat ex *l. 6. ff. de iurisd. Schrad. de feud. p. 10. sect. 3.*
n. 39. Rosenthal. d. c. 12. concl. 6. n. 45. Inde quoq; consuetarium illud
deducitur, Reconventioni locum esse in iudicio feudali: tunc scili-
cet, si causa sit æquè feudalis; si alia; deneganda erit reconventio,
cum Iudicio feudalis, licet Ordinaria, non tamen universalis sit,

sed

sed particularis, ad certas causas & quidem feudales restricta, Giseb.
Tr. de Reconvent. c. 26. n. 12. & seqq. Gothofr. Anton. d. f. 15. §. 3.

VII. Officium iudicis feudalis in eo occupatur, ut indeci-
denda controversiâ primùm omnia pacta Investituræ inspiciat,
& quidem primæ vel antiquioris, quæ radix & fundamentum feu-
di est, ex qua sequentes declarandæ & confirmandæ, Schrad. de feud.
p. 5. n. 31. nisi forte consensu omnium, quorum interest, à priori hæc
investiturâ, per posteriorem recessum fuerit. Vult. lib. 2. de feud. c.
3. n. 22. Pactis investituræ deficientibus: consuetudini primùm lo-
cali & speciali, inde generali, & moribus feudorum communibus;
postea & juri, quod feudali oppositum, commune vocamus, id est
Civili & Canonico, Civili tamen cum primis attendet, confer ea
quæ dicta sunt supra Exerc. 1. Assert. 8. tandem ad argu-
menta & similia, deveniet; Imo nec communes o-
piniones negliget, à quibus in iudicando non facile receden-
dum esse, consentiens placitum est, vid. Rosenthal. c. 1. concl.
14. & seqq. Vult. d. c. 3. n. 22. & seqq. & supra Exerc. 1. Assert.
9. His observatis, ritè decidere & sententiam ferre poterit, à qua
si gravatum se litigantium pars queratur: appellationis remedio u-
ti non prohibetur, c. un. l. F. 22. §. fin. Ita tamen ut secundùm dispo-
sitionem juris Communis, gradatim non omisso intermedio, fiat
ad Dominum feudi proximum & Superiorem: qui si non extet:
Ordinarius loci appellandus erit, Gothofr. Ant. d. f. 14. §. 7. Observa-
tis quoq; fatalibus Juris Civilis, quoad interponendâ & prosequen-
dam appellationem. (vid. Nov. 49. Auth. hodie. C. de appellat. Auth. Ei
qui, C. de temp. & reparat. appell.) Mynsing. Cent. 5. obs. 5. Rosenth. d. c. 12.
concl. 20. Obex autem definitioni huic positus esse videtur, in d. c. un.
l. F. 22. §. fin. in quo militi, qui dicit, quod sui Pares iniquè iudicaf-
sent, sex hebdomadarum spatium indulgeri videtur. Eum sic re-
movemus, loqui d. textum de casu speciali, quo ad Imperatorem ap-
pellatum est, quem cum ipse appellans unâ cum ijs, qui laudamen-
tum atq; iudicium fecerint, adire debeat: largius ei tempus ad col-
ligendas sarcinas & instruendum iter concedendum fuit, vid. Vult.
d. c. 3. n. 5. Rosenth. d. concl. 20. n. 14. Finckelth. d. f. 11. §. 22. Conf. Goth. An-
ton. d. f. 15. §. 8. lit. f. Lata sententia, si transierit in rem iudicatam;

DE
Officio ju-
dicis, Sen-
tentia, Ap-
pellatione
& Execu-
tione.

B ;

Execu-

Executioni mandanda est, aut à Domino Feudi, aut à Paribus Curia, aut ab Ordinario loci, secundum ea quæ tradit *Rosentb. d. concl. 20 n. 16. & seqq.* Si contra Dominum Executio facienda, beneficium competentis, ne ultra quam facere possit, fiat; ipsi dandum esse dixerim cum *Niell. d. f. 10. d. 6. lit. c. arg. c. n. 2. F. 58. pr.* Sed an agnatis, aliisque feudi successoribus non citatis, nec auditis, res iudicata noceat, quæritur? Affirmamus, cum tempore iudicii feudalis agitati, jus in re principaliter non habuerint, adeoque; ij tantum, quorum primario interest, citandi fuerint; Id tamen non diffitemur, à tempore scientiæ, quo latam de feudo sententiam cognoverunt, pro jure suo appellare, facultatem ipsis integram esse, *Rosentb. c. 9. concl. 27. n. 19. Niell. d. disp. 10. d. 6. lit. d. Gotbofr. Anton. d. f. 18. d. 8. lit. c. Finckelth. d. f. ult. d. ult.* Cæterum quomodo Vasallo ex debiti causâ convento & condemnato Executio regulariter in fructus feudi, interdum & in proprietatem fiat, vid. *Ordin. Judic. Sax. tit. 40. Von der Hülffe in den Lehngüthern.*

*Generalia
circa pro-
cessum &
iudicium
feudale.*

VIII. Ad Ordinem & processum feudalem pertinent, quæ dicenda restant: in quo generaliter præmittimus, pleraque; in Processu juris communis necessaria, in feudali quoque; negligenda non esse. Nam & hic, perinde ut jure communi; libelli oblatio fundamentum Actionis edit: Citatio & litis contestatio, iudicium inchoant & cum effectu constituunt; quæ jure communi, personis litigantium tum principalibus tum accessorijs, ratione legitimatio- nis vel habilitatis opponuntur: quæ peti aut moveri solent illo jure, circa dilationes, satisfactiones, cautiones, circa exceptiones, tum dilatorias, tum peremptorias, defensiones, Instrumento- rum editiones, circa materiam probationum per documenta lite- raria & testes, circa juramenta, circa remedia suspensiva: restitu- tionis, querelæ nullitatis, Appellationis: Ea omnia, præter- quam si in uno atque; altero, de quo postea, specialiter quid receptum sit, aptari ad processum feudalem & possunt & debent; Imo & præ- sumptionum in jure feudali frequentissimus, & in praxi applican- dus usus est; Ita enim. E. gr. allodiale potius in dubio, quam feu- dale; præsumitur. Hinc si filia allodium dicens cum agnato feu- dum affirmante, contendat: præ illo in possessionem mittenda est.

c. n. 2.

c. un. 2. F. 26. §. 1. Vult. 1. de feud. c. 9. n. 59. similiter. Si de qualitate feudi an novum sit an verò antiquum, an rectum an improprium, an ex pacto & providentia, an hereditarium, potius antiquum; rectum, ex pacto & providentia præsumitur, quam hereditarium, improprium & novum, *v. Gothofr. Anton. d. f. 15. §. 7. lit. b. & seqq. Niell. disp. feud. 10. §. 6. lit. a.* Ex quâ præsumptione pro feudo nim. recto & proprio id quoq; profluit: si feudum esse constet: filia verò successio- nis Jure id sibi deberi urgeat: non hanc, sed agnatū potius in suc- cessionem mittendum esse, ita post Dd. commun. *Vult. 1. de Feud. c. 9. n. 60. & lib. 2. c. 1. n. 23. & seqq. adde H. Pistor. lib. 2. q. 39.*

IX. Specialia processus & Judicij feudalis spectabimus, vel *Specialia* in personis litigantibus, vel in officio Judicis, quod aut in proces- *Processus* su, aut circa sententiam interloquendo vel definiendo impertitur. *circa Ju-* Litigantes personas quod attinet: Speciale notare licet, tum in ju- *mentum* ramento calumniæ, tum in probatione per testes. Juramentum *calumnia,* calumniæ de jure Communi à se invicem exigunt litigantes Actor *& testes,* & Reus, §. 1. *Instit. de pœn. tem. litig. tot. tit. C. de jure propt. calumn. dand.* Jure feudali verò nec Vasallus à Domino id exigit, nec Dominus à Vasallo, ex mente Feudistæ, *c. un. 2. F. 33. §. 1.* quanquam posterius hoc ratione satis firma non fulciatur, *conf. supra Exercit. 10. Assert. 1.* nec in Camerâ Imperiali observetur, teste *Ruland de Commis. p. 1. l. 2. c. 14. n. 12.* Stante autem & ad solam paritatem juris revocatâ istâ Feudistæ doctrinâ: quod nec Dominus à Vasallo juramentum ca- lumniæ exigere possit, in tantum ea ampliatur; ut ne tunc quidem exactio procedat, si Vasallus fidelitatem Domino suo non jurave- rit; tum ob generalitatem textus, tum ob rationem juris, utrobique id est in persona Domini & Vasalli æqualem, quæ etiam in Vasal- lo, qui fidelitatem non juravit, militat, *vid. Vult. d. lib. 2. c. 3. n. 6.* Id certum est: de Domino & Vasallo, quæ constituta sunt *in d. c. un. 2. F. 33. §. 1.* ad Vasallum cum Convasallo litigantem extendenda non esse; sed alterum ab altero Juramentum calumniæ rectè exigere posse. *Vult. d. loc. adde Gothofr. Ant. d. f. 15. §. 4.* In materia probati- orum jure Civili, foeminas à testimonio non repelli constat *ex l. 18. ff. de testib.* Jus verò feudale eas omninò reprobatur, semperq; mares requirit, *c. un. 2. F. 32. in fin.* quanquam illustres foeminas hoc jure admit-

admitti pleriq; contendunt, vid. Goth. Anton. d. f. 15. § 5. lit. d. Nec è
maribus promiscuè omnes admittuntur, sed Pares Curia ut sint,
necesse est, seclusis extraneis: quod tamen in probandâ nova inve-
stitura tantùm obtinet regulariter: (Exceptiones vid. ap. Goth.
Ant. d. f. 15. § 5. lit. c. & supra Exerc. 7. Aß. 6.) in veteri enim beneficio
extranei testes non prohibentur: d. c. un. 2. F. 32. vers. de Veteri. In
numero quoq; testium, speciale quid reperitur. Cumq; jure Ci-
vili duo testes regulariter, nisi ob solennitatem actus, aliud cautum
sit, sufficiant, l. 12. ff. de testib. Jure feudali quinq; numero requirun-
tur, summæ atq; integræ opinionis ad feloniam probandam, de
quo casu tantùm loquitur Constitutio Henrici, in c. un. 2. F. 57. Nam
si de probanda investiturâ agatur, duo testes plenè probant. c. un. 1.
F. 26. § 1. c. un. 2. F. 2. pr. c. un. 2. F. 58. § 1. Neq; in illa sententiarum di-
vortia descendimus, cum Schradero, Schonero & aliis, qui, si de
delicto in Dominum admissio, aut ad ipsius feudi privationem aga-
tur: quinq; testes requiri; Si de delicto in alium admissio, aut ad
possessionis tantùm ablationem agatur, duos sufficere ajunt. vid.
Rosentb. c. 12. concl. 29. n. 4. n. 18. n. 23. & seqq. nisi fortè ipsam constitui-
onem Henrici, consuetudine contrariâ abrogatam dicere velimus,
cum Borcholt. de feud. c. 10. n. 42. post alios allegatos à Rosentb. d.
concl. 19. n. 5. in not. lit. d.

Specialia, X. Judicis officium tum in dirigendo processu versatur,
in citatio- tum in sententiâ ferenda. Ad prius illud: singulare juris feuda-
ne, Jure- lie in citatione notandum venit: quæ, in casu, quo Dominus Va-
jurando, sallum in culpam incidisse dicit: trina esse debet, eo effectum, ut si
Sacramen- post tertiam citationem (7. vel 10. dierum spatium interposito) non
talibus & venerit, Curia Dominum in possessionem mittat, quam recuperat
de Proces- quidem Vasallus, si intra annum veniat; si minus & possessionem
su Saxoni- & beneficium amittat. c. un. 2. F. 22. Conf. H. Pist. lib. 2. quest. ult. Jure
co. Civili, unica citatio sufficit, eaq; peremptoria tot dies habens,
quot aliter, secundum dispositionem legis 68. & seqq. ff. de judic.
& ita quidem ut unum edictum non minus 10. dierum spatium in-
se contineat. vid. Gothofr. Ant. d. f. 15. § 2. Quoad posterius: ad fe-
rendam sententiam, ita se componet judex feudalis, ut licet nihil
probaverit Actor, non tamen continuo absolvat Reum, quæ Regu-
la qui-

la quidem scripta iudici in jure Civili est. *l. 4. C. de edend.* Sed sciât Reum obnoxium esse juramento, quo se purget cum 12. Sacramentalibus sive Confacramentalibus, à Sacramenti vel jurisjurandi religione, *l. 11. 12. C. ult. C. de reb. Cred. c. un. 2. F. 58. §. fin.* ita dictis, E quibus 12. testibus, si Vasallo jurandum, sex de ipsius parentela sive agnatione & familiâ sint necesse est, si eorum copia haberi queat, ob melioris scientiæ præsumptionem: Si Domino jurandum, ut Sacramentales agnatos adhibeat, non perinde requiritur. *vid. c. un. 2. F. 33. pr. vers. Et cum datur.* Omnes illi 12. Sacramentales unâ cum Principali vel Vasallo vel Domino, quanquam ignorabant ferè momenta causæ; cum tamen in Principalis probitate & innocentia confiderent, de suâ tantam credulitate, quod credât, rem ita se habere, unâ cum Principali jurabant, unde conjuratores vel compurgatores appellati; manu super capsam impositâ, quibus Principalis manum super imponebat, ipsisque verba præibat, *v. c. un. 1. F. 10. c. un. 1. F. 28. c. un. 2. F. 33. pr. vers. Et cum datur, adde Hotom in lexic. verb. Sacramentalis.* Et hic modus jurandi vetustissimus quidem est, & successisse videtur in locum armatæ defensionis & monomachia, cujus vestigium extat in Constitut. Friderici de Pace ten, *c. un. 2. F. 27. §. si quis rusticus: ibi, manu militari se miles expurgabit.* Et post paullo, *eligat, an divino an humano iudicio innocentiam suam ostendat, vid. Gothofr. Anton. d. f. 15. §. 6. lit. b. Zabel. Exerc. feud. 9. §. 8. lit. e.* ad rationes tamen justas si expendatur, à vitio eum immunem vix quisquâ tuebitur, ait, *P. Heig. p. 1. q. ult. in fin.* Sanè & olim vigente illo principalis & 12. Sacramentalium juramento, liberum Reo erat, an subire illud, an Actori juramentum referre maluerit, *d. c. un. 2. F. 33. vers. Et cum datur.* Plura allegata vid. *apud. Schultz. in Syn. feud. c. 12. n. 57.* Interdum autem iudex justâ causâ permotus juramentum deferret, vel possidenti, vel investienti, vel neutri, de quibus sollicitè priusei dispiciendum erit. Conferri possunt prolixius tradita à *Vult. d. c. 3. n. 20. Et Gothofr. Ant. disp. feud. 15. §. 6.* Jure Saxonico Veteri circa Processum feudalem plura fuisse singularia, tum *circa facultatem experiundi*, quam Dominus adversus Vasallum non habebat, nisi licentiâ prius à Vasallis tribus vel pluribus impetratâ, & die qua citeretur, ab iisdem definitâ, tum *circa citationem*, quæ fieri de-

C

bet

bet per nuncium juratum, presentibus duobus vel pluribus ejusdem Domini Vasallis, tum circa judices, quos solus Dominus eligit e Paribus, eosque sex ad minimum, tum quoad juramentum de justitia administranda, quod prestare judices electi coguntur, licet juramentum fidelitatis, cujus nexu interim absolvuntur, jam ante presterint, tum circa locum judicij, non sub tectis, sed sub dio celebrandi, tum circa interrogationes & responsiones, inter ipsos judices & cum partibus habendas; denique circa Advocatum, qui unus e Paribus & Judicibus electis esse debet, non extraneus, sub comminatione multa, & alia, prolixè videri potest ex artic. 65. Lehnr. & responsio sive informatione D. Benedicti Reinhardi: Kurzen bedencken/welcher massen/nach verordnung des Allten Sächsischen Lehnrrechts ein Mann-Lehngericht gehegt/ bestelle/ und gehalten werden mag/ quod refert Coler. p. 2. decis. in Appendice Sententiarum sub N. 19. & ex eo Georg. Schulz Concivis & Affinis meus, p. m. in Synopsi J. feud. c. 12. in fin. adde totius Juris feudalis Saxonici digestionem; Dn. D. Reusneri Collegæ & Affinis pl. honorandi. in Methodo Juris feud. Quamquam autem hic Processus in Saxonia inferiori, Marchia & Silesia, observari etiamnum dicatur; In Provincijs tamen Electoratus Saxonici abrogatus est: usu juris Cõmunis in feudalibus recepto & approbato, per Constit. Electoris Augusti 27. p. 1 ibi, daß der process des gemeinẽ rechten fortan in unsern Landen angestellt/ und gehalten werden solle. quæ Constitutio, cum, uti ex rubro & nigro apparet, tantum de controversia inter Dominum & Vasallum disponat, in Lehnssachen so zwischen den Lehnherrn und Lehnmann gehalten: rectissime inde infertur: lite inter ipsos Vasallos verrente, non communis, sed Saxonici juris processum observandum esse, Notante Dan. Mollero ad d. const. 27. n. 25. Berlich. p. 1. conclus. 63. n. ult. Sicut nec alia Jure Sax. specialiter inducta, circa habilitatem personarum, puta ne foemina sine Curatore versetur in Judicio, ut minor post 21. æt. annum, sine Curatore admittatur. circa guaranda præstationem, circa modum procedendi vivâ voce &c.; a foro nostro feudali exulare credendum est; Moller. & Berlich. dd. loc.

Errata

Errata

quæ irreperunt; sic emendabis.

In Exercitat. I.

Assert. 9. Arumm. lege, Arum. Ass. 10. c. un. 2. F. 31. l. 2. F. 1.

Exercit. II.

Ass. 5. Myns. cent. 3. l. cent. 4. Ass. 8. Landtr. lib. 3. art. 43. l. art. 60. ibid. in fin.
c. un. 1. F. 10. l. 2. F. 10.

Exerc. III.

Ass. 1. c. ad Apostolica. X. de Sent. & rejudic. L. de sent. & rejudic. in 6. Ass.
2. c. un. 2. F. 31. l. 35. in Coroll. 3. facultas recolligendi, l. colligendi.

Exerc. IV.

Ass. 5. in fin. Finckelth. disp. feud. 10. q. 10. l. disp. feud. 3. q. 19. Ass. 6. censei. l.
censei. Ass. 7. pertinent. l. pertinere. Ass. 8. rat. onibuc. l. rationibus. Ass. 9.
molendus l. molendinis. immobilibut. l. immobilibus. Ass. 10. aquia l.
quia in Coroll. 2. ipse Bulla. l. ipsa Bulla verba.

Exercit. V.

Ass. 1. p. stetate. l. potestate quidam. l. quidem. 1540. l. 1440. Ass. 5. in mar-
ginal. Auminibus. l. fluminibus. in Coroll. 1. in fin. Sect. IV. l. V. in Cor. 5. rre-
fertur. l. refertur. sollen denselben. l. sollen Sie denselben.

Exerc. VI.

Ass. 2. hoc non item l. hæc. Ass. 6. successuum. l. successivum. Ass. 7. clausua. l.
clausula pbrasin Hebr. cap. 1. l. pbrasin Hebraeam Genes. c. 8. adde c. 1. in Co-
roll. 4. Limn. & c. c. 5. n. 7. l. n. 19.

Exerc. VII.

Ass. 2. eamq; maximè. l. eiq;. ipse contractu. l. ipso. Ass. 3. securi sunt. l. sint.
Finckelth. & c. 0. 11. l. 0. 2.

Exerc. VIII.

Ass. 1. circa fin. c. un. 2. F. 5. l. 1. F. ne tam. l. nec tam. Ass. 2. Legis Commissaria.
l. Commissoria l. 4. ff. de condit. l. 1. 8. ff. de condit. Instit. l. condit. vitiatur;
l. vitiat. Ass. 4. ex pacto Domini. l. ex parte. Ass. 5. pr. Facto. l. facta. l. si decem
45. l. 48. rerevocare. l. revocare. Ass. 7. pon potuit. l. non potuit. In Coroll. 1.
l. libertus 27. l. 17. l. assumptio. 6. §. ad municip. l. §. 2.

Exerc. IX.

Ass. 1. conf. ejusdem exercit. assert. l. conf. Exercit. 7. Ass. 5. locationem per-
petuum. l. in perpetuum. Ass. 9. Arum. d. f. 2. l. 7. Myns. cent. 6. Obs. 6. l. Obs.
65. in Coroll. 4. de anno 1112. l. 1512.

Exerc.

Exerc. X.

Ass. 4. Kohl. alleg. loc. n. 72. receptum aut. l. ait. ibid. ait. l. aut. Ass. 9. Kohl. d. loc. in 15. c. 1. l. n. 15. Ass. 10. §. 6. in fin. deneganda. l. deneganda. Coroll. 1. anno 1112. l. 1512.

Exerc. XI.

Ass. 3. in marginal. l. quando ex personâ Vasalli & Domini amittatur feudum. ibid. vers. ex personâ & factio Domini; Zabel. Ex feud. 8. lit. d. l. Ex feud. 8. §. 3. lit. c. Ass. 4. circa fin. intèrioni dolosè, l. dolosa. Ass. 5. post pr. ut & in eo locum habeat. l. habeat. Ibid. in. med. vidua. quamdiu nupta, l. in nupta. Ibid. in fin. delinquerit. l. deliquerit. Ass. 6. in fin. ob famosam maximi. l. & maxime. Ass. 8. pr. Feudista in d. §. 24. l. in d. c. Ead. Ass. 8. circa fin. daß die angezogene Lehngüter dem beklagten heimgefallen. l. dem Kläger oder Lehns Herren. (qui error itidem à typographo commissus est. apud Rosenthal, c. 12. conclus. 13. n. 12. ibi; zuersehen sey. l. zusehen.)

Exerc. XII.

Ass. 1. pr. de rebus qua in feudum dare possunt. l. dari. Ass. 2. pr. directè vel utili. l. directâ. Ibid. w. de heredib. pet. l. de heredit. Ibid. in medio. abundante verba, vel ex L. aut moribus conditionem ibid. Vasallus, scilicet, l. Vasallus habet, scilicet. ibi. rueri. l. tueri. Ass. 3. circa fin. l. null. 10. l. nulli. Ass. 5. post pr. extendimus. l. extendemus. ibi. eas l. et at. accebit. l. arcebit, moribusq. l. moribus. Ass. 7. post pr. gravatum. l. gravatam. Ass. 9. pr. de fure propt. calum. l. de furejur. possit. l. possit, probatiorum. l. probationum. Ass. 10. amittat. l. amittit

Cætera tuo Judicio, Lector æquissime commissa sunt.

GLORIA SOLI DEO.

✠(o)✠





Wittenberg, Diss., 1650-51(1)


VJ 17


ULB Halle 3
002 673 339



56.







Q. D. E. V. 20³
EXERCITATIONUM FEUDALIU
DUODECIMA ET ULTIMA. 1651 11^a
De 38
ACTIONIBUS,
JUDICIO ET PROCESSU
FEUDALI.

Quam
Consensu & Autoritate
Magnifici Nobilissimi Amplissimiq; Jctorum
in almâ Leucoreâ Ordinis
PRÆSIDE
Viro Nobili, Amplissimo, Excellentissimo, Juris-Consultissimoq;
DN. GOTTFRIDO SUEVO,
J. U. D. & P. P. celeberrimo, Curia Electoralis, Facul
tab. cap. II. p. 22, nec non Scabinatus Assessore,
gravissimo
Præceptore, Fautore & Patrono suo magno,
submisso animi cultu atatem devenerando
publica placidaq; disquisitioni exhibet
JOHANNES SALENTARIUS,
Teschiniensis Silesius.
Addiem Decembr.
In Auditorio Jctorum.

WITTEBERGE, TYPIS JOHANNIS HAKEN,
M DC LI.

3

J. M. Strabbe

